



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Corpus Juris Canonici**

**Gregor <XIII., Papst>**

**Coloniae Munatianæ, 1665**

Sexta causa. Sexta dat infames, delatos atque forenses. Quinque quæstiones sextæ causæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62915)

non simulent. Ceteri vero clerici, qui eorum a deinde gradum vel ordinem sequuntur, si ad testimonium dicendum petiti fuerint, prout leges precipiunt, audiantur: ut salva tamen sit litigatoribus falsi actio, si forte Presbyteri, qui suo b nomine superiorum testimonium dicere citra aliquam corporalem injuriam sunt precepti, hoc ipso, quod nihil metuunt, vera suppresserint. Multo magis enim poena digni sunt, quibus quam plurimum honoris per nostram justitiam delatum est, si occulte c inveniantur in crimine. ¶ Item constituitio tertia, coll. nona. d ¶ Presbyteri, seu Diaconi, si falsum testimonium dixerint, si quidem in re pecuniaria, divini ministerio duntaxat per tres annos separati, monasterio tradantur: si in criminali, clericatus honore nudati, legitimis poenis subjiciantur. Ceteri vero clerici communi i jure ab officio ecclesiastico pulsati sine delicti causa legitime coercantur.

¶ Communi istae omnia verba, communi jure ab officio ecclesiastico pulsati, absque a manuscriptis, sunt tamen in translatione, qua habetur in Codice. Nec vero Gratianus ipsa omnia verba aut veteri interpretationi, aut Iuliani, aut Irenaei retulit. Quare opera pretium fuerit novellam ipsam graecam, & vulgatae interpretatione consulere: existant enim aliqua varietates non contemnenda.

C. IV. ¶ Ad sancta communium ministerium c non accedat, qui crimen illatum non probat.

Item Gregorius I. in libro de Episcopo lib. 3. epist. 24.

Epiphanium i Presbyterum quorundam sacerdotum f literis criminaliter accusatum, cujus nos, ut valuimus, discutientes causam, nihilque in eo obsectorum reperientes, ut ad locum suum revertetur, absolvimus. Crimini ergo ejus auctores te volumus perferatari: & nisi qui easdem transmisit epistolas, paratus fuerit hoc, quod obsecro, canonicis, atque districatissimis probationibus edocere, nullatenus ad sanctae ministerium g communionis accedat.

¶ Epiphanium ] In epistola haec anteceditur. Praterca notitatorem praesentium Epiphanium Presbyterum quorundam, &c.

C. V. ¶ Qua poena delator sit feriendus.

Item ex decreto Hadriani Papae, h cap. 49.

Delatori f autem lingua capuletur, aut convicto caput amputetur. ¶ Delatores autem sunt, qui invidia produnt alios.

Habetur inter capitula Hadriani, c. 4. Allatum, quantum conjecturatur, ex legibus secularibus. Nam in Codice Theod. libro 10. tit. 10. l. 2. fere idem, in libro autem 7. cap. 360. profus idem habetur.

C. VI. ¶ De eodem. PALEA.

[Item ex concilio k Eliberitano.]

Delator i si quis extiterit fidelis, & per delationem ejus aliquis fuerit proscriptus, vel interfectus, placuit non i nisi in fine accipere communionem. Si levior causa fuerit, infra quinquennium accipere poterit communionem. Si catechumenus fuerit, post quinquennii tempora admittatur ad baptismum.

¶ Non nisi ] In concilio ipso, & capitularibus legitur, nec in fine: quod in multis ejusdem concilii decretis reperitur. Quomodo autem hic, & apud Burchardum, & ynonem legitur, convenit canonis i. Niceni concilii, in quo sic statutum est. De his, qui ad exitum veniunt, etiam nunc lex antiqua, regularisque servabitur, ita, ut si quis egreditur de corpore, ultimo & necessario viatico minime privetur. Hanc controversiam copiose explicat Innoc. I. epist. 3. c. 2. Exuperio Episcopo Tolosano.

a aliter eum. b aliter sub. c aliter si in occulto invenitur crimen. d Cod. eod. tit. Anabaptica seq. Presbyteri. Novella 123. f. reverendissimi. e aliter mysterium. f Sardinorum. g aliter mysterium. h In capit. Hadriani. cap. 49. i Capit. l. 7. c. 360. Anst. l. 3. c. 11. k Capit. l. 6. c. 274. l Burchardus. m Polyd. l. 1. c. 156.

C. VII. ¶ Qui innocens falso crimine maculatus, sacerdotis arbitrio poena duntaxat pergetur.

Item ex octava synodo. a

Si quis falsum dixerit, vel personam innocentem crimine maculaverit, juxta sacerdotis arbitrium duntaxat poenitentia expurgetur.

¶ Capiti huic in vulgata erat propositum nomen polea, quod sublatum est auctoritate omnium veterum exemplarum, quorum collata sunt. Extat autem in regula monachorum B. l. 1. c. 17.

C. VIII. ¶ A communione coeareatur vel secularis, vel laicus, qui ecclesiam, vel clericum per calumniam fatigaverit.

Item ex concilio Agathensi, c. 32.

Si b quis vero secularium per calumniam ecclesiam, aut clericum c fatigare tentaverit, & convictus fuerit ab ecclesia liminibus, & a catholicorum communione nisi digne poeniterit, coeareatur. d

CAUSA VI.

De fornicatore, & infamia notati, quibus in provincia accusatus, vel in alterius provincia Archiepiscopi jurisdictione peti: tandem in probatione deficiat, an cogatur ad sua innocentia assertionem.

- 1. He primum queritur, an crimen irretiti, vel infamatus ad hujusmodi e accusationem sint admittendi.
- 2. Secundo, si Episcopus in eos accusationem portare voluerit, simpli assertioni suae sit fides habenda.
- 3. Tertio, si liceat sibi expetere iudicium Archiepiscopi alterius provinciae.
- 4. Quarto, cujus iudicium sibi sit expetendum, si circa suam provinciam Episcopi sua provincia deficiat, an cogatur ad probationem suae innocentiae.

QUESTIO I.

Quod autem crimine irretiti alio accusari non possint, Anacleus Papa restat, epistola secunda, Episcopi talia dicens.

C. I. ¶ A criminosis sacerdos accusari non permittitur.

Si sacerdos sine crimine eligi praecipitur, nullatenus ab hominibus criminibus irretitis accusari aut calumniari permittitur, nec ab aliis, quam ab iis, qui sine crimine sunt, & juxta i electionem sacerdos ordinatus sunt, & tales per omnia inveniuntur, quales sacerdos eligi jubentur.

¶ Juxta electionem ] Sic in omnibus collatis canonibus, praeterquam in uno, in quo est, iuxta electionem in vulgato erat, juxta electionem canonicam. In epistola autem ipsa sic legitur, & juxta electionem, si necessitas fuerit, aut ipsi volendo Domino servire elegerint, faciebantur sine crimine fieri, & ordinari possunt, & tales per omnia fuerint, quales eligi sacerdotes jubentur.

C. II. ¶ Infames, & qui culpa exegentibus ad sacerdotium provehi non possunt, sacerdotes non accusantur.

Item Hadrianus Papa in capitulis, c. 27.

Omnes f vero infames esse dicimus, quos leges sacculi infames appellant, & omnes, qui culpa

a In regula Isidori c. 17. b Anst. l. 3. c. 11. Burchardus l. 1. c. 362. c p. 16. c. d. e clericum. f orig. d alarcanus. e d. hujus. k Polyd. l. 1. c. 156.

exigentibus ad sacerdotium non possunt provehi. Indignum est enim, ut illi eos accusent, qui esse non possunt, quod ipsi sunt: quoniam sicut majores a minoribus non judicantur, ita nec criminari possunt.

C. III. *¶ Infames sunt qui regnum Dei consequi non valent.*

*Item Fabianus Papa epist. 2. Episcopis orientabilibus.*

**I**lli, qui illa peccata perpetrant, de quibus Apostolus ait. [Quoniam, qui talia agunt, regnum Dei non consequentur] valde cavendi sunt, & ad emendationem, si voluntarie noluerint, compellendi: quia infamie maculis sunt aspersi, & in barathrum delabuntur, nisi eis sacerdotali auctoritate subventum fuerit. ¶ Similiter & illi, de quibus ipse ait b. [Cum hujusmodi hominibus nec cibum sumere.] quia infamia sunt notati, antequam sacerdotali auctoritate sanentur, & in gremio sanctæ matris ecclesiæ redintegrantur: quia, qui extra nos sunt, nobiscum communicare non possunt.

C. IV. *¶ Ante satisfactionem excommunicati ad accusationem non admittantur.*

*Item Fabianus, epist. 1.*

**O**mnes & illi sunt ab accusatione repellendi, quos Apostolus commemorat, dicens d. [Cum eis nec cibum sumere] & ante satisfactionem ecclesiæ non sunt suscipiendi.

C. V. *¶ Sacerdotes non nisi a coequalibus accusari debent.*

*Item Clemens Papa Jacobo Hierosolymorum x. Episcopo, epist. 1.*

**B**eatus & Petrus in homicidas, & adulteros, & cunctos criminalibus nexibus alligatos; & qui eis coequalis non erant, ab Episcopo sum f. vexatione, & accusatione, dicente g. Domino, prohibebat, & non nisi coequalibus aliquid eis inferri debere docebat. & paulo post. ¶ Infames erant omnes, & quos Primates, & leges sæculi non suscipiunt, sed & laicos ab eorum accusatione, & vexatione semper repelli debere rogabat, & cunctos illis subditos esse præcipiebat: cunctorum sacerdotum vitam superiorem, sanctiorisque, ac discretam a sæcularibus, & laicis hominibus esse, & spirituales quoque, atque sacerdotes super carnales, ac laicos semper constituendos docebat, quoniam pro minimo nobis esse debet, ut a talibus arguamur, & judicemur, vel ab humano die. Majores h. vero a minoribus nec accusari, nec iudicari ullatenus posse dicitur: quoniam non solum hoc divinas, sed & leges sæculi inhiere docebat.

¶ Hierosolymorum] Antea erat metropolitano. Emendatur et ex perisij manuscriptis codicibus: Nihil & Clemens in epistola sic ipsum Jacobum vocat.

C. VI. *¶ Qui criminis fuerit, sacerdos accusari non potest.*

*Item Hadrianus Papa in capitulo, c. 68.*

**Q**ui enim intendit, agnoscendum est, si ipse ante non sit criminis: quia periculosa est, & admitti non debet rei adversus quemcunque professio. & infra. 272. ¶ Testes autem tunc aliqui sunt infamia, uxores, & filios habentes, & Christum omnino prædicantes.

¶ Non solent autem criminis, sed etiam quilibet alii ab accusatione Episcoporum repelluntur.

C. VII. *¶ Deo non placet, qui servos suos accusat.*

*Unde Anacleus Papa, epist. 1. ait.*

**S**omnia in hoc sæculo vindicata essent, locum divina judicia non haberent. Supervacuis enim ad beneficia laborat impendens; qui solent tetra facibus ad-

a Gal. b 1. Cor. c Anf. 13. c. 1. d 1. Cor. e Ioan. Anf. 16. f canon. orig. g docene. orig. h 1. Cor. 4. i Anf. 13. c. 1. j g. 3. q. 1. negand.

juvare. Ideo si aliquis putat se Deo in hoc placere, quod servos suos accusat, & ut meliores fiant, dicit se hoc agere, in vanum laborat, & plus invidia stimulis agitur, quam charitatis: quoniam gratiæ plenitudo adjectione non indiget, nec ulla requirit commendationis augmenta.

C. VIII. *¶ Populus sacerdos arguere, vel increpare non valet.*

*Item Telephorus a epistola unica, c. 3.*

**S**acerdotes b. qui proprio ore corpus Domini conficiunt, ab omnibus sunt audiendi, atque timendi; non dilacerandi, aut detrahendi: quia à quibus se Domini populus benedici, salvari & instrui cupit, nullatenus debet eos arguere, nec vulgus in eorum accusatione suscipi. Populus enim ab eis docendus est, & corrigendus; non ipsi ab eo, quia non est discipulus super magistrum. & infra. ¶ Deit ergo accusat ordinationem, qui eos, qui ab eo constituntur sacerdotes, accusat, vel damnari cupit. Idem infra. ¶ Hi, qui i. non sunt idonei, non suscipiantur ad accusationem: omnes, qui adversus Patres armantur, infames esse censemus. Patres enim omnes venerandi sunt, non respuendi, aut insidiandi.

¶ Hi qui] In aliquot veteris codicibus est caput distinctum a superiore.

C. IX. *¶ De eodem.*

*Item Pius Papa e epist. 1.*

**O**ves s. pastorem suum non reprehendant; plebs Episcopum non accuset, nec vulgus eum arguat: quoniam non g. est discipulus super magistrum, neque servus supra Dominum. Episcopi autem a Deo sunt iudicandi, qui eos sibi oculos elegit. Nam a subditis, aut prævæ vita hominibus non sunt arguendi, vel accusandi, aut laceraudi. & infra. ¶ Nemo bonum faciens, alteri verbo, aut facto nocere vult: quanto minus in suspicionem debet venire fidelis homo, ut dicat, aut faciat ea, quæ pati non vult? quia omnis suspicio potius repellenda est, quam approbanda, vel respicienda.

Ipsa autem de reddito, licet ex vitio detrahentium, tamen iusto Dei iudicio non nunquam adversus bonos excitatur; ut quos veterum præsumptio, vel aliorum favor in alium excutiat; detrahit hominibus.

C. X. *¶ Ne qui de se præsumat, lingua malorum ex Dei præcepto contra eum excitentur.*

*Unde Ambrosius ad c. 22. Lucæ.*

¶ Rubrica hæc non valde conveni subiecto capiti, & sic est interpretanda; nam simili locutione utitur David, 2. Regum 16. loquens de Semei.

**I**mitare Petrum tertio alibi b. dicentem [Domine tu scis, quia diligo te.] Etenim, quia tertio negaverat, tertio confitetur: sed negavit in nocte, confitetur in die. Hæc autem ideo dicta sunt, ut sciatis, neminem iactare se debere. Nam si Petrus lapsus est, quia dixit i. [Et si alii scandalizati fuerint in te, sed non ego,] quis alius iure de se præsumat? Denique & David, quia dixerat & [Ego dixi in mea abundantia, non movebor in æternum,] eam sibi iactantiam obfuisse profiteretur, dicens: [Avertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus.]

C. XI. *¶ Ut boni salubriter invidiantur, lingue malorum contra eos insistant.*

*Item Gregorius lib. 9. epist. 39. ad Theostifanum patriciam.*

**S**unt plurimi qui vitam bonorum amplius, quam debent, laudant; & ne quæ clarior de laude iurepat;

a Et Iulius in decret. cap. 10. b Anf. 13. c. 12. Ivo p. 6. c. 31. c. d. Math. 10. d. Ivo p. 6. c. 35. e. Ep. Cornelii p. 2. f. Poly. lib. 3. tit. 1. Ivo p. 5. c. 24. Pami. lib. 1. c. 36. g. Luc. 6. h. Ioan. 21. i. Marc. 14. k. Psal. 20.



permitti omnipotens Deus malos in obsecrationem & objugationem prorumpere, ut si qua culpa ab ore laudantium in corde nascitur, ab ore vituperantium iudicetur. Hinc est ergo, quod doctor gentium se in predicatione currere testatur, per infamiam, & bonam famam, qui etiam dicit a, [Vt seductores, & veraces.]

Verum b hac auctoritate prohibentur spirituales a carnalibus accusari, non carnales a spiritualibus. Quod ex verbis eiusdem datur intelligi, quibus in eodem capitulo i sub iunxit & dicens. [Capite c languescere, facilius reliqua corporis membra inficiuntur.] sicut scriptum d est. [Omne caput languidum, & erit, et membra eius; a planta pedis usque ad verticem non est in eo sanum.] Quapropter manifestum est, diabolium (qui sicut Leo d. rugiens circumquirit quem possit devorare) cordibus plebium succedere, ut doleribus, atque pastoribus suis detrahatur irrogent, vel eos accusent, ut plebs languescens (non tenentibus pastoribus suam curam) lasciviant, atque in ima ruant, ut saltem se periclitari possint. Multum vero distat damna morum a damnis rerum temporalium, cum ipsi extra nos sint, illa vero in nobis. [E infra f.] Pejus 2. malum fore non existimo, quam Christianos suos irridere sacerdotibus.

1 ¶ Capitulo] Que subiungit Gratianus, capite languescere. &c. sicut in epist. 3. Anacleti & apud Isidorum de summo bono, lib. 3. c. 38.

2 ¶ Pejus] Sunt in prima epist. Alexandri I.

C. XII. ¶ Deo recte famulantes persequi non licet.

Hinc etiam Felix II. ait Episcopus in Alexandria synodo congregatus.

Quescite (inquit sancta & magna Nicæna synodus,) & nolite persequi eos, qui recte & Deo famulantur, & sincera voluntate superni b Dei mandata custodiunt, & nostris legibus objugantur; quia nec decet, nec ordo patitur, ut iniqui & carnales spirituales persequantur.

C. XIII. ¶ Subditi prelatos suos accusare non debent.

Item Anterus i Papa episcopus unicus.

EX merito plebis nonnunquam Episcopi depravantur, quatenus proclivius cadant, qui sequuntur. Capite languescere cetera corporis membra inficiuntur. Deteriores k sunt, qui vitam, moresque bonorum corrumpunt, his, qui substantias aliorum, prædiazque diripiunt. Caveat unusquisque, ne aut linguam, aut aures habeat puerientes, id est, ne aut ipse aliis detrahat, aut alios audiat detrahentes. [Sedens (inquit l) adversus fratrem tuum loquebaris detrahendo: Et adversus filium matris tuæ ponebas scandalum, &c.] Parcant singuli detractioni linguas, custodiantque sermones suos, & sciant, quia cuncta, quæ de aliis loquuntur, sua sententia iudicabuntur. Nemo invito auditori libenter refert. Officii singulorum sit, dilectissimi, non solum oculos castos servare, sed & linguam, nec quid in cuiusquam domo agatur, alia domus pereos m unquam noverit. Habeant omnes simplicitatem columba, nec cuiquam machinentur dolos, & serpentis astutiam, ne aliorum supplantentur insidiis.

1 ¶ Anterus] Sic restitutum est ex plexig, verisimili. Nam antea erat, Gregorius. Confessum autem caput hoc est magna ex parte ex Anacleti sententia in epist. 3.

a 2. Corinth. 6. b Eusebius in epistola ad Gallia, Episcopus. c Infra eadem cap. ex merito. d Esai. 1. e 1. Petr. 5. f paulo aliter in originali impressa. g. al. Des persille ministrant. h. al. superna. i Anacletus epist. 3. Isidorus lib. 3. de summo bono, c. 38. supra ead. sunt plurimi. k Infra eadem, deteriores. & 9. quest. 3. facta. l. Psal. 49. Hieronymus ad Nepotianum simile. m vs.] orag.

C. XIV. ¶ Sapiens nocere non cogit.

Item Lucius Papa a epist. unica, Episcopus Gallie & Hispania scribens.

Sapiens non est omnis qui nocet.

C. XV. ¶ Raptoribus deteriores sunt Episcoporum detractores.

Item Anacletus Papa, epist. 3. Deteriores b sunt, qui doctorum vitam, moresque diripiunt, his, qui substantias aliorum, prædiazque diripiunt. Ipsi enim ea, quæ extra nos licet nostra ferunt: nostri autem detractores, & morum corrumpentes nostrorum, sive qui adversus nos arguantur, propter nos ipsi diripiunt, & ideo iuste infames sunt, detractione ab ecclesie extortes sunt. Pro meritis ergo ipsi saepe pastores depravantur ecclesie, ut proclivius cadant, qui sequuntur.

1 ¶ Diripiunt] Antea legebatur, quos ipsos detrahere. Et addatur est ex Isidoro libro 3. de summo bono, cap. 38. ubi verba, quantum carnis potest, referent, & optime conueniunt, quæ antea dicitur. Verum in dubiis antiquis exemplaribus, quorum Anacleti, altero Vaticana, altero Florentina bibliotheca habent, non nos, sed proptie ipsos accipiunt.

C. XVI. ¶ De eodem.

Item Alexander Papa, epist. 3.

Somma e iniquitas est, fratres detrahere, & homicida est: omnis homicida non habet partem in regno Dei.]

Patet ergo, ut prænissimum est, quod carnales proclivius in depravatione spiritualium, non spirituales ab accusatione capiuntur.

2 pars. Cum itaq; criminasti & infames ab accusatione prohibeantur, videndum est, quos canonum sacra auctoritas meos appelles.

C. XVII. ¶ Qua persona infames habeantur.

De his Stephanus e. Romani ecclesie Episcopus scribit Hilario, epist. 1. cap. 1. dicens.

INfames f esse eas personas dicimus, quæ pro culpa notantur infamia, id est, omnes, qui Christianæ legis normam abijciunt, & statuta ecclesiastica contemnant; similiter fures, sacrilegos, & omnes capitibus criminibus irretitos; sepulchrorum quoque violatores, & Apostolorum, atque successorum eorum, liquorumque Patrum statuta libenter violantes. Adhuc, qui adversus Patres arguantur, qui in omnibus infamia notantur: similiter & incestuosos, perjuratos, perjuros, raptos, malitiosos, veneficos, adulteros, de bellis publicis & fugientes, & qui indigna sibi penam loca tenere, aut facultates ecclesie abstrahant, & qui fratres calumniantur, aut accusant, & non possunt, vel qui contra innocentes Principum animas iracundiam provocant, & omnes anathematizatos, qui pro suis sceleribus ab ecclesia pulsos, & omnes, qui ecclesiasticæ, vel sæculi leges infames pronunciant. His mirum b omnes, nec servante legitimum libertatis, nec penitentes, nec bigami, nec illi, qui curia delectantur, vel non sunt integri corpore, aut sanam non habent mentem vel intellectum, aut inobedientes doctorum decretis existunt, aut furiosi manifestantur, &

a Et Cornelius Papa epist. 2. Ivo part. 3. c. 104. b. f. p. 104. c. 104. ex merito. Buch. l. 1. c. 195. Deinde dicit p. 3. Ivo part. 3. c. 104. c. 11. c. Anselm. lib. 6. cap. 137. d. 1. h. an. 3. e. 2. q. 1. cap. 7. sup. f. Polyc. lib. 3. tit. 1. Deinde dicit p. 3. Anselm. l. 1. c. 173. Ivo p. 5. c. 291. Pam. l. 4. c. 166. g. huiusmodi aliter in originali.



omnes, inquam, nec ad sacros gradus debent provehi, nec illi, nec liberi, neque suscepi, nec ream fidem, vel dignam conversationem non habentes, summos sacerdotibus possunt acculare r.

¶ Accusare ] In vulgaris codicibus sequatur, nec ad accusationem, seu ad testimonium nullatenus juste possunt recipi. quia sunt expuncta, quoniam ab sunt a manu scripti, (uno excepto) & originali, & Burcardo, & Ivone. In Panormia tamen hac postrema pars post verbum manifestantur, sic habet; Hi omnes nisi quam nec ad sacros gradus debent provehi, nec ad accusationem, seu ad testimonium ullatenus juste possunt recipi.

C. XVIII. ¶ Infamis efficitur, qui sciens peccare presumpserit. Item Fabianus Papa.

¶ Quicunque a sciens peccaverit, quadraginta dies per pane & aqua, & septem sequentes annos peniteat, & nunquam sit sine penitentia, & nunquam in testimonium recipiatur, communionem tamen post hac percipiat.

C. XIX. ¶ Accusatores b, & personas, quas leges sacri non admittunt, ecclesiasticas quoque repellunt. Item Eusebius Papa, episcopus ad Episcopos Gallicia.

¶ Nos & sequentes Patrum vestigia pro salvatione servorum Dei, quoscunque ad accusationem personas leges publicas non admittunt, his impugnandi aliterum & nos licentiam submovemus: & nullas accusationes a iudicibus audiant ecclesiasticis, qua legibus sacri prohibentur.

Sed hec infames ab accusatione Episcoporum prohibentur, non tamen isti ab huiusmodi accusatione prohibendi sunt. Hæretici namque accusari infamibus non prohibetur, ut supra patuit, in ea causa, ubi de accusatione minorum adversus majores disputatum est.

C. XX. Item.

¶ Un magis scientia & moribus a minoribus accusari prohibentur, non aequalibus, vel minoribus a majoribus, ab huius ergo accusatione non sunt hi prohibendi, cum hæreticus catholicis minor sit.

¶ Caput hoc in plerisque vetustis exemplaribus conjunctionem est separari. Quare conjungere licet hoc esse verba Gratiani.

¶ Ab huius ergo ] Locus hic emendatus est ex manus scriptis. In impressis legebatur, ab accusatione huiusmodi sunt prohibendi: ex qua lectio vix apta sententia elici poterit.

C. XXI. ¶ Duluunt est, an sciens avarus, an nesciens hæreticus graviter peccat.

Sed hoc an generaliter accipiendum sit, Augustinus non. & deservit, lib. 4. de baptismo contra Donatistas, c. 5. dicens.

¶ Vero ergo, quis peccet gravius, an qui nesciens in hæresim incurrit, an qui sciens ab avaritia, id est, ab idololatria non recesserit? Secundum quidem illam regulam, qua peccata scientium peccatis ignorantium proponuntur, avarus cum scientia vincit in scelere. Sed ne forte hoc fiat, facit in hæresi sceleris ipsius magnitudo, quod facit in avaritia scientis admisso, ut hæreticus nesciens avaro scienti coarquetur. Item cap. 20. ejusdem

a Polye. lib. 6. tit. 11. Burd. lib. 12. cap. 8. Ivo part. 12. cap. 65. b ab Accusatione. c 3. quæst. 5. de accusationibus. 4. idcirco. d. c. 13. cap. 21. d. ab huius. e. ad eadem. 2. q. 7. per totum. f. ad Augustinus diffinit.

libri. Vtrum autem catholicum pessimis moribus alicui hæretico, in cuius vita, præter id, quod hæreticus est, non inveniuntur homines, quod reprehendant, præponere debeamus, non audeo præcipitare sententiam.

¶ pars. Verum hoc Augustini, & illud de infamium accusatione, de his intelligendum est, quos constat esse hæreticos, non de his, qui se negant in hæresim lapsos. Hic etiam in omnibus religiosis apparet, dum si negat hæretici communi, aliquando macula infectum, infame, atque alios huiusmodi a sua accusatione ipse repellit. ¶ Hæc licet ratione mihi videatur, ex exemplo tamen lesa maiestatis vana intelligitur: ad cuius accusationem dum focus inite factum admittitur, non quaritur, an cogit. & contra animam Principis sit maiestatem ledere, sed an aliquis debet eum trahaverit.

C. XXII.

Unde Imp. Arcadius & Honorius AA. in novo libro Codicis, tit. ad legem Iuliam maiestatis lib. 5. scripsisse leguntur.

¶ Siquis a cum militibus vel privatis, vel barbaris etiam, scelestam inierit factionem, ut factionis ipsius susceperit sacramentum, vel dederit, de necetiam vitorum illustrium, qui consiliis, & consistorio nostro interfuerunt, senatorum etiam (nam & ipsi pars corporis nostri sunt) vel cujuslibet postremo, qui nobis militat, cogitaverit, (eadem enim severitate voluntatem scelestis, qua effectum puniri iura voluerant,) ipse quidem, utpote maiestatis reus, gladio feriatur, bonis ejus omnibus fisco nostro addictis. Filii vero ejus, quibus vitam Imperiali specialiter lenitate concedimus (paterno enim debent perire supplicio, in quibus paterni, hoc est, hæreditarii criminis exempla metuantur b) a materna, vel avita, omnium etiam proximorum hæreditate ac successione habeantur aliqui, testamentis extraneorum nihil capiant, sint perpetuo egestes & pauperes, infamia eos paterna semper cometur, ad nullos unquam honores, nulla sacramenta, perveniant, sint postremo tales, ut his perpetua egestate sordentibus, sit & mors solatium, & vita supplicium. Denique jubemus etiam eos notabiles esse sine venia, qui pro talibus unquam apud nos intervenirentaverint. ¶ Sane, si quis ex his in exordio inite factionis, studio veræ laudis accensus, iniam prodiderit factionem, premio & honore a nobis donabitur. Ipse vero, qui usus fuerit factione, si vel sero, tamen incognita adhuc consilio arcanæ patefecerit, absolutione tantum, ac venia dignus habebitur.

¶ Hoc & sequens caput in vetustis exemplaribus sunt conjuncta antecedenti, quare nec rubricas habent.

¶ Tertio simonia accusatio ad instar publici criminis lesa maiestati procedere debet, sicut Leo Imperator in lib. 1. Codicis de de re vassa legitur, tit. de Episcopis & cler. l. si quinquam. Quod de accusatione, non de pena intelligi oportet.

C. XXIII.

Unde Imp. Valentinianus, Valens, & Gratianus AAA. lib. 9. Cod. tit. c. ad l. Iul. maiestatis l. nullus.

¶ Nullus omnino, cui inconstitit ac nescientibus nobis fiduciarum tormenta inferuntur, militiæ, vel generis, aut dignitatis uti defensione prohibeatur: excepta tantum maiestatis causa, in qua sola omnibus & qua conditio est.

Sed cum omnes illi assumantur in hac accusatione simonia, qui possunt accusare de crimine maiestatis, constat, quod sicut illi non dicitur de crimine maiestatis, sed an reus commiserit illud, sic & hic non negatur hæresis, sed impetitur accusatio, an commiserit hæresim.

a Quisquis, orig. & est initium legi. b ad metuentur. c ad si vera. d Tit. 3. 29. e. Tr. 2. l. 4.



QUESTIO II.

Quod autem queritur, si Episcopus in accusatore accusacionem vertere voluerit, an sua simplici assertioni fides sit adhibenda, facile solvitur, si sanctorum Patrum auctoritas diligenter inspicatur. Vt enim sancti Patres definiunt, nullius a persona quantumlibet exaceritate confessioni fides est adhibenda, nisi competentes probationes exhibeat.

C. I. ¶ Episcopus alicui crimen obijciens, in synodo probet, quod obijcit.

Unde in Carthaginen. concilio IV. c. 29. legitur.

Episcopus si clerico, vel laico crimen impegerit, deducatur ad probationem in synodum.

Sed obijciatur. Si se solum alicui scelere conscium noverit, probare illud testibus non valet. Quod ergo tunc sibi faciendum sit, ex concilio Vasentii I. c. 8. sic diffinitur.

C. II. ¶ Episcopus non proferat, quod probare non potest.

Si b tantum Episcopus alicui scelere se conscium noverit, quamdiu probare non potest, nihil proferat, sed cum ipso ad compunctionem eius secretis correctionibus elaboret. Quod si forte correptus pertinacior fuerit, & se communi publicae ingesserit, etiam si Episcopus in redarguendo illo, quem reum iudicat, probatione deficiat, indemnatus i. (licet ab iis, qui nihil sciunt, secedere ad tempus pro persona majoris auctoritate jubetur:) ille tamen, quamdiu nihil probari potest, in communionem omnium, praterquam eius, qui eum reum iudicat, permanebit.

¶ Indemnatus. In originali legitur indemnatus licet, ab his, qui nihil sciunt, secedere ad tempus pro persona majoris auctoritatis jubetur, illo, quamdiu probari nihil potest, in communionem omnium, praterquam eius, qui eum reum iudicat, pertinente.

C. III. ¶ De Episcopo, qui sibi soli dicit aliquem crimen suum fuisse confessum.

Item ex concilio Africano c. 99. & 100.

Placuit ut si quando Episcopus dicit aliquem sibi soli proprium crimen fuisse confessum, atque ille negat, & non putet ad injuriam suam Episcopus pertinere, quod illi soli non creditur. Et si scrupulo propria conscientia se dicit neganti nolle communicare, quamdiu excommunicaverit suus Episcopus, eidem Episcopo ab aliis non communicetur. Episcopus ut magis caveat Episcopus, ne dicat in quenquam, quod aliis documentis convincere non potest.

¶ Communicare. Sic in Carthaginen. VII. cap. 5. cui ad verbum respondet hoc capit. In Africano autem, hic sequitur, secretè tamen si interdicit ei communionem, donec obtemperet: quemadmodum & apud Burchardum. Sequentia autem verba, Quamdiu, &c. sunt initium capituli centesimi.

QUESTIO III.

Iudicium vero Archiepiscopi alterius provincie alicui expectere non licet.

C. I. ¶ Alterius parochianum alicui iudicare non licet. Unde Gregorius ait respons. 9. ad Augustinum Anglorum Episcopum.

Scriptum est in lege, g. [Per alienam messem transiens, falcem mittere non debet, sed manu sua cooperere, & man-

a 31. q. 6. c. ult. b Ivo p. 5. cap. 364. c & Caribag. 7. cap. 3. d Burch. l. 12. c. 127. Ivo p. 5. c. 363. e neget, & pariter noverit, non putet, &c. Africanum. f alibi ab aliquot exemplaribus. g Deut. 33.

ducere.] Falcem ergo iudicii mittere non poterit segetem, quæ alteri videtur esse commissa: sed percussurum a boni operis frumenta Dominica vitiorum loci paleis expolia, & in ecclesie corpus monendo, & peccando, quasi mandando, converte.

C. II. ¶ Quæ civitates unaquaque provincie habeat.

Item Pelagius Papa II. epist. i. omnibus Episcopis.

Sicut b certam provinciam esse, quæ habet decem aut undecim civitates, & unum regem, & 10000 minores potestates sub se, & unum metropolitano, aliosque suffraganeos d. x. vel xi. Episcopos iudiciorum quorum iudicium omnes causæ Episcoporum, & quorum iudicium sacerdotum, ac civitatum referantur, ut ab omnibus iuste, consona voce discernantur, nisi aliorum auctoritatem fuerit ab iis, qui iudicandi sunt, appellatum. Unde non oportet ut degradetur, vel deponatur unaquaque provincia, sed apud semetipsam habeat iudices, sacerdotes, & Episcopos, singulos iudicet secundum ordines suos, & quicunque causam habuerit, a suis iudicibus iudicetur, & non ab alienis, nisi est a suæ iustis iudicibus provincie, & non ab extraneis nisi (ut iam est prælibatum,) a iudicandis g fuerit appellatum.

C. III. ¶ Non aliorum, sed Primatus suffraganeis quoque se subijciat Episcopus. Item Nicolaus Papa.

Denique Suffraganeus b, si tale in se crimen noverit, non recte possit Episcopatu privari, vel infirmari, si sentiebat forsitan prægravari, qua impeditus nullatenus potest proximo sua prælatione prodesse, Primatus sui debuerat, & non aliorum diocesanos Antistitem prælatum iudicium. Quod si qualibet ambiguitas, vel aliquot rursus super eius examinatione, vel Episcopatus oblatione oborta fuisset contentio, ex more ad Archiepiscopum sedem referri convenerat, & nostra in his omnibus debuerant cuncti decreta penitus expectare. Quoties opus fuit i. hæc non dolemus, si cunctissimum ministerium vestram vehementer efflagito, ut iam dictus Suffraganeus Episcopus proprio restitatur Episcopio: & si quo reprehensione dignum gessit, postea vel correctione, & digna animadversione definitur.

¶ Omittitur. Locus hic emendatus est ex ipsius Gratiani codicibus. Est tamen casus, in quo Episcopus, alterius parochianum communicare valet.

C. IV. ¶ Quando Episcopus alterius parochianum excommunicare valet.

Unde in concilio apud Compendium, cap. 1.

Placuit i pro communi utilitate, & instante necessitate, ut nullus Episcoporum graviter ferat, si eius parochianum pro deprædationis causa alter Episcopatus communicaverit.

C. V. ¶ De eodem. PALEA. [Item ex concilio Meldensi, c. 2.]

De illis autem, qui intra parochiam beneficium, aut hæreditatem habent, & alterius Episcopi parochiani sunt, & de loco ad locum iter faciunt, & raptam, & deprædationes peragunt, placuit, ut excommunic-

a Assuetum. b Polye. l. 5. tit. 1. Anf. l. 6. c. 107. Pagan. l. 1. cap. 24. c Episcopum. d orig. d suffraganeus. e d. d. decernantur. f al. externis. g al. iudicant. h unde suffraganeus. i. 50. cap. 13. i Burchard. lib. 1. cap. 12. Ivo part. 24. cap. 1. k Extra. de rapt. cap. 1. Burchard. lib. 71. cap. 41. Ivo part. 24. cap. 109.



nicentur, nec ante ex parocchia exeant, quam, quæ perpetrarant, digne emendent. Quorum excommunicatio leniori eorum, & proprio Episcopo significanda est, ne eos recipiat, antequam illius redeant, ubi rapinam & fecerunt, & ibi omnia pleniter emendent.

QUESTIO IV.

**P**orro cuius iudicium sibi expendendum sit, si iudices electi inter se discordare caperint, in concilio Antiocheno, cap. 14. sic invenitur definitum.

**C. I.** *¶* A quo sit ferenda sententia, quando compromissales Episcopi discordant.

**S**i quis Episcopus criminaliter a iudicio Episcoporum fuerit accusatus, contingat autem Episcopos provinciam, qui conveniunt, diversas habere sententias, & alios quidem innocentem eum pronunciare, alios reum, propter huiusmodi controversiam amputandam placuit sanctæ synodo metropolitanum & Episcopum alterius provincie vicinæ advocari, & aliquantos eum eo Episcopos alios, qui pariter residentes, quæcunque fuerint, animant quæstiones: propter hoc, ut firmum sit iudicium; quod ab unius provincie Episcopis fuerit promulgatum.

*¶* Caput hoc in multis etiam vetustis Gratiani exemplaribus citatur ex concilio Laodiceno: In quo tamen perantiquo est ex concilio Antiocheno, quia etiam extat, & est antiqua versio.

**I** Metropolitani] Gratian exemplar hic valde differt ab hac versione. Nam ex his verbis colligitur concilium unius provincie, in quo necesse est adesse propriam metropolitanum, posse advocare vicinam provinciam metropolitanam, cum aliquot Episcopis. Quod Martinus etiam Bracarenfis in sequenti capite, quod ex concilio Antiocheno accepit, confirmat. Græcè vero locus ita habet: *ἰδίῃ τῇ ἀρχῇ συνὸς αὐτῆς τῆς μετροπολεως ἐπίσκοπον δὸς τῆς πλησίον ἐπαρχίας μετὰ ἀλλοῦς ἐπίσκοποις τῆς πλησίον τῆς αὐτῆς ἐπαρχίας τὸ πρεσβυτέρων.* Quod Dionysius, quemadmodum etiam est in codice canonum, sic verum: Sanctæ synodo placuit, ut metropolitanus Episcopus a vicinæ provincie iudices alios convocet, qui controversiam tollant, ut per eos similes, & per compromissales Episcopos, quod iustum visum fuerit, approbetur. Ac sane, quia metropolitanus ad alterius metropolitanum vocationem debet venire, atq. in eodem concilio duo metropolitani futuri essent, cuius ratio continetur.

**C. II.** *¶* Quando iudices electi de sententia inter se discordare exiterint, de vicinâ provinciam Archiepiscopus advoceat.

*Item ex concilio Martini Papæ e, [id est, Episcopi Bracarenfis, c. 17.]*

**S**i quis Episcopus in aliquibus causationibus iudicatur, & viderit ipsos Episcopos, qui in provincia sua sunt, inter se iudicio discrepare, & alii videantur eum, qui iudicatur, iustificare, alii condemnare, pro definitione huius dissensionis, hoc placuit sancto concilio, ut de provincie vicinæ alter metropolitanus convocetur Episcopus, ut per eum confirmetur, quod secundum rectum placuerit canonem.

*¶* Res idem provincia primatui habuerit, ad quem negotia, que per metropolitanum terminari non valent, referenda sint.

*a* alitercipiant. *b* al. rapinas. *c* Burch. l. 1. c. 150. Ivo p. 5. cap. 265. *d* al. de aliquibus causis criminalibus. *e* In capitulis synod. Grat. cap. 17.

**C. III.** *¶* Primari deferantur negotia, qua metropolitanus explicare non valet.

*Unde Bonifacius Papa, Episcopus I Gallia.*

**S**i a inter Episcopos eisdem concilii dubitatio emergerit de ecclesiastico iure, vel de aliis negotiis, primum metropolitanus eorum cum aliis in concilio considerans rem diiudicet, & si non acquiescat utraque pars iudicatis, tunc Primas regionis inter ipsos audiat, & quod ecclesiasticis canonibus, & legibus vestris consentaneum sit, hoc definiat, & nulla pars calculo eius valeat contradicere.

**I** Episcopis] Sic est emendatum ex aliquot vetustis codicibus, Burchardo, Ivone & Polycarpo: Antea erat, populis. Similima vero hinc capiti legitur Novella 123. cap. 34. apud Iulianum antecessorem.

**C. IV.** *¶* De eodem. PALEA.

*[Item Alexander Papa]*

**S**i metropolitanus a quocunque compromissali Episcopo in causa propria appellatus eum audire distulerit, in proxima synodo negotii sui habeat licentiam exercendi, & quidquid per e iussitiam a compromissalibus suis fuerit statutum, debet custodiri.

**I** Episcopo] Burchardus & Ivo addunt, bis fuerit in causa, &c.

*Sed si omnium compromissalium concordis sententia fuerit damnata, manebit erga eum immobilis censura.*

**C. V.** *¶* Episcopus, qui ab Episcopo sua provincie consonam sententiam reportaverit, ab alio iudicari non poterit.

*Unde in Antiocheno concilio, cap. 15. legitur.*

**S**i quis Episcopus criminaliter accusatus ab omnibus, qui sunt intra provinciam, Episcopis, acceperit denam, consonamque sententiam, ab aliis ulterius iudicari non poterit, sed manere circa eum oportet tanquam convenientem, quæ ab omnibus prolata est, firmam, ratamque sententiam.

*Subintelligendum vero est, nisi ad iudicem majoris auctoritatis fuerit provocatum. Tunc enim per appellationem soluta sententia firmitatem non obtinet.*

**C. VI.** *¶* Semel definitum retractari non licet, nisi ubi maior auctoritas fuerit.

*Unde Nicolaus Papa ait in ep. ad Carolum regem, cuius initium, [Nunquam dolorem generat.]*

**Q**uod e bene semel definitum est, & interpositis iuramentis deliberatum, nulla debet iteratione (nisi fortassis ubi fuerit maior auctoritas) retractari.

**C. VII.** *¶* In renovatione iudicii, B. Petri memoria est habenda.

*Item ex concilio Sardienfi, c. 4.*

**O**sius Episcopus dixit: Quod si aliquis Episcopus ad iudicatus fuerit in aliqua causa, & putat se bonam causam habere, ut iterum iudicium renovetur, si vobis placet, sancti Petri Apostoli memoriam honoramus, ut scribatur vel ab his, qui examinaverunt, vel etiam ab aliis Episcopis, qui in provincia proxima morantur, Romano Episcopo. Et si iudicaverit renovandum esse iudicium, renovetur, & de iudice. Si autem probaverit talem causam, ut ea non reficiatur, quæ acta sunt, quæ decreverit Romanus Episcopus, confirmata erunt. Si hoc ergo omnibus placet, statuat: synodus respondit: Placet.

*a* Polyc. lib. 5. tit. 4. Burch. l. 1. cap. 57. Ivo p. 5. c. 167. Pamm. l. 4. cap. 22. *b* Burchard. lib. 1. c. 39. Ivo p. 5. cap. 269. *c* al. propter. *d* al. exciperit. *e* Burch. l. 9. cap. 49. Nicol. Episcopi qui in Compromissum convenerunt. *f* Anselm. lib. 2. cap. 77. *g* paulo aliter in Græco.

QVÆSTIO V.

**Q**uod autem deficiente accusatore non sit reus cogendus ad probationem, auctoritate Gregorii probatur, qui libr. 5. epist. 25. a scribens Maximo, ait.

C. I. *¶* Onus probationis reo non incumbit.

**Q**uod autem postulas, ut illic personam dirigere debeamus qua de his, que dicuntur, possit esse probatio, esset utrunque excusabile, si unquam ratio eis, qui accusatur, necessitatem probationis imponeret. At postquam non tibi, sed accusantibus hoc onus incumbit, ad nos, sicut præfati sumus, dilatione cessante venire non desinas.

*Item accusatus non negationem, sed exceptionem probare debet. Codic. lib. 4. tit. c. de probationibus. l. actor.*

C. II. *¶* De eodem.

**A**ccusator d, quod asseverat, probare se non posse profitendo, reum necessitate monstrandi contrarium non adstringit, cum per reum naturam, factum negantis probatio nulla sit.

*Hoc autem servandum est, quando reum publica fama non vexat. Tunc enim auctoritate episcopi Gregorii propter scandalum removendum, famam suam reum e purgare oportet.*

CAUSA VII.

**V**idam Episcopus longa aegritudine f grauat, aliam sibi substitui rogavit, cuius precibus summus Pontifex annuit, & quod rogaverat, ei concessit. Postea vero convalescit idem Episcopus, & quod prius fecerat, caput rescindit: adversus eum, qui sibi successerat g, quaestione movet, suamq, cathedram tanquam sibi deestam reposcit.

- 1 Hic primum quaeritur, utrum vivente Episcopo alius possit in eadem ecclesia ordinari.
- 2 Secundo, an iste valeat reposcere cathedram, quam sua interesse alter accepit.

QVÆSTIO I.

**Q**uod autem vivente Episcopo alius superponi, aut superordinari non possit, ex concilio apud h Arvernam celebrato definitum est, in quo legitur [ ut nullus vivente Episcopo, alius superponatur, aut superordinetur Episcopus, nisi forsitan in eius locum, quem capitalis culpa deceverit.]

1. *¶* Arvernam ] Burchardus etiam, & lvo citant ex Arvernensi, c. g. extat autem in Aurelianensi quinto, cap. 12.

C. I. *¶* Pro molestia corporis suo honorem privetur Episcopus.

*Item ex regego Gregorii Papæ, lib. 9. epist. 41. ad Anatolium Constantinopolitanum Diaconum.*

**S**cripsit mihi tua dilectio, piissimum Dominum nostrum reverendissimo fratri meo Iohanni prima Iustinianæ Episcopo pro aegritudine capitis, quam patitur, præcipere succedi: ne forte, dum Episcopi iura eadem civitas non habet, (quod abbit) ab hostibus pereat. Et quidem nusquam canones præcipiunt, ut pro aegritudine Episcopo succedatur: & omnino injustum est, ut si molestia corporis irruit, honore suo privetur ærotus. Atque id eo hoc per nos fieri nullatenus potest, ne pec-

a. Deu cap. 125. b. qua presente. ] orig. c. titul. 19. libr. 23. d. Actor. ] orig. e. supr. 2. quaestio. 5. c. quanto. & c. qua de causa. f. al. in valetudine. g. al. accesserat. h. In concil. Aurelianensi V. cap. 12. Burchard. lib. 1. cap. 186. lvo part. 5. cap. 302. i. Polye. l. 2. tit. 17. Anselm. lib. 6. c. 201. Burch. l. 1. c. 188. lvo p. 5. c. 304. Polye. l. 2. tit. 19.

catum in mea anima ex eius dispositione veniat. suggerendum est; ut si is, qui est in regimine, ægrotus dispensator illi requiratur talis, qui possit eius curam omnem agere, & locum illius in regimine ecclesie (quod non deponit) ac in custodia civitatis implere, ut non omnipotens Deus offendantur, neque civitas inventa esse neglecta.

*¶* Caput hoc emendatum, & locupletatum est ex originali.

C. II. *¶* Flagellatus à Domino, afflictio addenda debet.

*Item lib. 2. epist. 5. ad Candidum Episcopum.*

**C**um a percussio corporalis imminet, utrum purgatione, an pro vindicta contingat, Dei iudicium ignoatur: & id eo non debet à nobis adhiberi, ut gellatis afflictio: ne nos culpæ (quod abbit) officina inspiciat.

*¶* In decretalibus tit. de cler. agroran. c. 1. assertus innotuit tum modo huius capitis, & ex ipso, quod agendum sit, definitur.

C. III. *¶* Infirmi tati causa loco suo qui privari non debet.

*Item Gregorius libr. 3. epist. 32. Maximiano Episcopo Syracusano.*

**P**resentium latoris Adeodati querelam, qui se Presbyteratus loco incongrue dicit expalliam, licet subdit tibi textus petitionis explanet, tamen paulo citius iudicavimus, apertiusque retexendam. Ad hoc quoque à Quintiano fratre & Coepiscopo nostro in loco suo pro quibusdam se suis ordinandis negotiis recusat, ægri tudinisque causa per duorum mentium suorum suæ se ecclesie defuisse: Cujus rei occasionem oportant prædictum fratrem nostrum, alium loco quilibet Presbyterum ordinasse. Hortamur ita que fratrem tuum, ut causam eius sollicitè perquiras, diligenter discutias, & si manifeste ægri tudinis, sicut dicitur, ecclesie suæ eum defuisse repereris, nullum eius ordinatione alterius Presbyteri permittas præiudicium pernerari: sed in locum suum sine aliqua eum facilitate restitui. & infra. *¶* Illud autem charitatem specialiter admonemus, ut si vera fuerit huius suggestio, atque in suum fuerit ordinem restitutus, de Presbytero qui in loco eius ordinatus est, subtiliter, diligenter debeas esse sollicitus. Et si quidem sine datione aliquâ ad eundem ordinem pervenerit, ut in simoniacam hanc sim non potuisset incidere, in alia quacunque vana ecclesia eum volumus ordinari. Sin autem in eo quæpiam (quod avertat Dominus) fuerit tale reperit, etiam Presbyteratus privetur ordine, quem non tam replendæ necessitatis ecclesie, sed sola comprobatione suscipisse.

1 *¶* Maximiano ] Sic est emendatum ex originali, cum in pressu quam manscripio: Nam antea erat, Clementino Episcopo, Primati Bizanceno.

C. IV. *¶* Pro infirmitate, vel aegritudine Privetur non sunt abjiciendi, nec in eorum locum alii substituendi.

*Item Nicolaus Papa Arveno b Iamensi Archiepiscopo.*

**P**ontifices e qui aliqua occupantur infirmitate, vel aegritudine, abjiciendi non sunt, nec alios in locorum consecrari oportet, nisi ex hac fuerint luce subtrahiti. Quod si de ministerio sibi concessio conqueuntur, qua licita sunt, sacerdotibus explent. In his vero, qui his præsumere non licet, vicinorum usq; ad recipientium sanitatem Episcoporum auxilia subrogentur: & hoc cum cautela studio peragatur, ne per necessitatis occasionem

a. Ext. de cleric. agroran. c. 1. b. al. Alimo Vitarog. c. 10. p. 3. cap. 32.